DECISIO VIII.

R. P. D. Pirovano.

Romana Alimentorum.

Veneris 1. *Aprilis* 1639.

SUMMARIUM.

1 *Alimenta mulieri præſtanda ſunt, lite pendente ſuper matrimonio. Amplia ut nu.* 2. *Marito non valente præſtare, ſocer tenetur, numer.* 3. *Et de ratione, numero* 4. *Arbitrio Judicis omnibus circumſpectis taxantur, nu.* 5. *Pendente lite ſuper validitate matrimonii præſtantur, n.* 8.
6 *Mulier nupta, præter dotem nil aliud habere ſolet. Amplia ut n.* 10.
7 *Bonis juris præſumptio ex validitate matrimonii oritur.*
9 Deciſ. 1012. part. 3. diverſ. *declaratur.*

LIte conteſtata per DD. Nicolaum Patrem Franciſci, ac Stephanum, & Lazarum Fratres, ſuper nullitate matrimonii contracti per eundem Franciſcum cum Petronilla, dubitatum fuit an eidem Petronillæ ſint ſubminiſtranda petita alimenta, & ſumptus litis, & ad quam ſummam, & eſſe danda viginti quolibet menſe pro alimentis; pro ſumptibus verò litis nihil pro nunc eſſe erogandum fuit reſponſum.

Fundat enim Petronilla intentionem ſuam ſuper
matrimonio contracto in faciem Eccleſiæ cum
Franciſco, juxta Trident. diſpoſitionem, & adhuc
in ſtatu validitatis exiſtente; quod etſi à marito,
ſocero, & fructibus reſpectivè impugnetur
1 interim, lite pendente, * ſicuti ab eiſdem alimenta
ſunt præſtanda *leg. ſi neget, ff. de liber. agnoſc.* Afflict.
deciſ. 152. *n.* 4. Sanchez *de matrimon. lib.* 2.
diſput. 41. *numero* 51. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſtione*
118. *n.* 6. Fontanell. *de pact. nupt. tomo* 2.
clauſ. 6. *gloſſ.* 2. *part.* 3. *n.* 32. etiam, nullâ habitâ
2 ratione dotis ſolutæ * vel non ſolutæ *c ex parte
de accuſat.* Sanchez *dicta diſput.* 41. *n.* 51. *libr.* 4.
diſput. 26. *nu.* 21. & marito non valente ea præſtare,
3 à Socero * veniunt præſtanda; *per leg. ſi
filia §. ſi filiusfam. ff. famil. erciſ.* quia ſocer tenetur
4 agnoſcere * onera filii inter quæ eſt nurum alimentare.
Bart. *in tract. aliment. num.* 6. Surd. *eodem
titulo*, comprobans ex aliis, *tit.* 1. *quæſt.*
38. *nu.* 1. *& ſeqq.*

Quantitatem autem ſolvendam quolibet menſe,
Domini determinarunt in ſcutis 20. monetæ,
inſpecta qualitate perſonarum, & neceſſitate uxoris
5 ſive nurus reſpectivè *, & prout Judicis arbitrio
eſſe taxandum omnibus circumſpectis probarunt
Covarruv. *pract. quæſt. capite* 6. *numero* 7.
Molin. *de primogen. lib.* 2. *capite* 16. *numero* 47.
Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſul.* 6. *gloſſ.*
2. *part.* 3. *num.* 65.

Non obſtat quod in Petronilla deficiant requiſita
paupertatis & boni juris cum quibus ſolent à
judice decerni alimenta; quia paupertas tanquam
qualitas connaturalis facilè præſumitur; ſed multò
6 magis in muliere nupta * quæ regulariter nihil
præter dotem habere ſolet, Angel. Aret. *conſilio*
81. *n.* 2. Socin. ſen. *conſ.* 9. *n.* 3. *lib.* 1. Quæ præſumptio
ſemper recipitur non docto ex adverſo
de contrario, ut *in deciſ.* 398. *n.* 5. *coram Papa
Gregor. XV.*

Quò verò ad bonum jus, cùm de matrimonio
cum Franciſco in faciem Eccleſiæ contracto ſufficienter
conſtet, ex particula libri Parochi formiter
extracta, & producta, inde ex ſtatu validitatis matrimonii
* oritur præſumptio boni juris. Bart. *in* 7
leg. ſi neget numero 2. *ff. de liber. agnoſc.* Alciat.
præſumpt. 9. *numero* 11. *regul.* 3. Decian. *conſ.* 66.
n. 2. *vol.* 2.

Non obſtat quòd pendente lite ſuper validitate
matrimonii * alimenta non ſint ſubminiſtranda. 8
Rota *deciſ.* 1012. *part.* 3. *diverſ.* & multo minùs habitanti
ſeorſum à marito; ex quo in illo etiam
caſu ceſſet requiſitum paupertatis. Surd. *de aliment.
tit.* 1. *qu.* 32. *n.* 17. *& ſeqq.*

Quia deciſio 1012. in ſuis terminis bene procedit
in muliere petente remiſſoriam ad probandam
exiſtentiam matrimonii, de quo in actis non conſtabat:
in præſenti autem Franciſcus conatur impugnare
matrimonium jam contractum, & ſtatum
validitatis habens; Ex quo ſtatu oritur boni juris
præſumptio, quæ non poteſt conſiderari ceſſante,
aut nondum facta probatione matrimonii. Habitatio
verò Petronillæ ſeorſum à Franciſco non
provenit ex facto illius, ſed ejuſdem Franciſci, qui
illam deſeruit, recedendo ab Urbe, & transferendo
ſe in partibus longinquis, ita ut magis aggravetur
* paupertas ejuſdem mulieris, ut ponderat 9
Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſſ.* 2. *part.* 4. *nu.* 70.

Et ita, &c.

DECISIO IX.

R. P. D. Pirovano.

Romana Alimentorum.

Lunæ 4. *Martii* 1641.

SUMMARIUM.

1 *Alimenta mulieri præſtantur à marito, vel ſocero, dum pendet lis ſuper nullitate matrimonii.*
2 *Mandati procuræ defectus impedit litis conteſtationem.*
3 *Lis ex quibus conteſtetur? Cum forenſi ſine mandato eſſe nequit, n.* 4.
5 *Mandatum procuræ conjecturis probatur.*
6 *Inventarium probat contra conficientem.*
7 *Maritus uxorem indotatam alere non tenetur.*
8 *Socer nurum indotatam alere non tenetur.*
9 *Appellatio non datur in cauſa pro alimentis futuris.*

CEnſuerunt DD. ſtandum eſſe in deciſis in
hac cauſa, prima Aprilis 1639. in qua fuit
concluſum ſubminiſtranda eſſe alimenta Petronillæ
ad rationem ſcutorum 20 monetæ, quolibet
menſe, ad quæ tenetur maritus * & ſocer reſpecti- 1
vè pendente lite ſuper nullitate matrimonii, *leg. ſi
neget, ff. de liber. agnoſc.* Afflict. *deciſ.* 152. *n.* 4.
Sanchez *de man. diſput.* 42. *n.* 51. Surd. *de alim.
tit.* 1. *qu.* 118. *n.* 6.

Non obſtat quòd nulla lis pendeat, inter D. Nicolaum
patrem Franciſci, & Petronillam * defi- 2
ciente mandato. Caſſad. *deciſ.* 6. *de dol. & contum.
& 5. ut lit. penden.* Caputaq. *deciſ.* 164. *n.* 1. *p.* 2.
ut propterea ceſſante hac lite altera dependens alimentorum
proſequi non poteſt.

Quia contrarium ex actis apparet, dum Mutius
Aſculanus procurator Nicolai ſubſtitutus, à Stephano,
vigore mandati dati ab eodem Nicolao,
in

in perſonam ejuſdem Stephani ejus filii tranſmiſit
monitorium eidem Petronillæ petens declarari
licuiſſe, & licere eidem Franciſco cum alia
3 muliere liberè, & licitè * poſſe contrahere, &
alios actus in cauſa feciſſe cum quibus lis, & ceu
lites ſolent conteſtari. *Clem.* 2, *ut lit. penden.* Bellam.
deciſ. 544. *verſ. cit. quidem.* Caſſad. *dec.* 1. *n.*
4. *eodem tit. ut lit. penden.*

Quod ſi replicetur non conſtare de mandato
Nicolai in perſonam Stephani filii, & quatenus
poſſet diu conſtare ex atteſtatione Notarii actuarii,
de tenore tamen, cùm Notarius non atteſtetur,
inde inferri non poſſet dictum mandatum
fuiſſe datum ad cauſam nullitatis matrimonii agitandam,
& ceſſante mandato Nicolaum foren-
4 ſem * conveniri non poſſe à Judice cauſæ incompetente.
Bald. *conſ.* 167, *nu.* 3. *vol.* 3. Laderch.
conſ. 15, *n.* 6. Mantic. *de conject. lib.* 14, *tit.* 39,
n. 11.

Quia certum eſt D. Stephanum ſubſtituiſſe mutuum
Aſculanum, præmiſsâ narrativâ, ſe eſſe procuratorem
Nicolai patris ad talia peragenda ſpecialiter
conſtitutum, prout de ejus mandato procuræ
docuit, & Notarius cauſæ aſſerit in atteſtatione
data *in ſummario Petronillæ n.* 1. Unde vel
mandatum Nicolai patris originale in actis penes
Notarium Actuarium non reperitur, prout in
facto præſupponitur, ut videri poſſint facultates
procuratori conſtituto datæ, & tunc aut mandatum
eſt in poſſe D. Stephani ad probandum defectum
ſuæ facultatis, poterit illud producere,
aut deperditum eſt interim ex actitatis & proſecutis
ab eodem Aſculano ſubſtituto, inhærendū
5 erit præſumptioni exiſtentiæ mandati: † quod
procul dubio conjecturis, & præſumptionibus
poteſt probari. Caſſad. *deciſ.* 3. *de procur. n.* 4, *&*
5, Cæſar de Graſſ. *deciſ.* 3. *eodem tit. &* 44. *n.* 1,
coram Papa Greg. XV.

Non obſtat, quod etiam ſuppoſita validitate
mandati, neque Franciſcus maritus, neque Nicolaus
pater Franciſci teneatur ad alimenta præſtanda
Petronillæ, deficiente fundamento paupertatis
ex Inventario ſolemniter facto * per matrem
6 Tutricem, & Curatricem Petronillæ, & ſuorum,
& additione hæreditatis patris earum, in quo deſcripta
reperiuntur ſtabilia magni valoris, quod
procul dubio contra eam probat *l. fin. C. de arbitr.
tutelæ, & deciſ.* 575, *nu.* 3, *coram Papa Greg.
XV.*

Quia ex eodem Inventario locuples probari non poteſt, dum hæreditas patris ad eam, nec ſorores pertineat exiſtentibus fratribus, ſorores excludentibus ex diſpoſitione ſtatuti Urbis, *c.* 151, *lib.* 1. remanente tantummodo eiſdem fratribus onere eas dotandi, prout Petronillam dotarunt.

Nec juvari poſſunt Franciſcus, & Nicolaus,
7 quod dos verè ſoluta non fuerit marito, * &
tunc ſicuti maritus non tenetur alere uxorem. Rot.
deciſ. 907, *n.* 3, *p.* 4, *diverſ. &* 470, *n.* 4, *p.* 2, *rec.*
8 ita & ſacer * ab eodem onere liberetur. Surd. *de
alim. tit.* 1, *q.* 38, *n.* 25.

Quia ſolutio dotis probatur ex Inſtrumento
authentico, quod datur, exceptio autem fictionis,
& ſolius apparentiæ ſolutionis adhuc non
eſt probata, & propterea impedire non poſſit judicium
executivum præſtationis alimentorum,
dum agitur de futuris, non autem de præteritis
alimentis, pro quibus non datur appellatio, †
9 ex quo delationem non patiuntur. Bart. *in l. mola
n.* 5. *ff. de alim. & cib. leg.* Specul. *de appell.
§. in quibus autem n.* 11. Afflict. *deciſ.* 152. *n.* 30.
& 764, *n.* 1, *part.* 1, *diverſ.*

Et ita, &c.

DECISIO X.

R. P. D. Bichio.

Romana hæreditatis de Fabiis.

Lunæ 29. *Aprilis* 1641.

SUMMARIUM.

1 *Manutentionis ad effectum poſſeſſio probatur ex inſtrumento poſſeſſionis, alio non exiſtente in poſſeſſione.*
2 *Titulus pro hærede eſt univerſalis.*
3 *Poſſeſſione acquirenda magis attenditur cauſa univerſalis actus, quàm actus exercitium. Declara ut n.* 4. *& n.* 5.
6 *Suitas in hæredibus matris deeſt.*
7 *Sequeſtro eſt locus, ubi neutra partium poſſidet.*

PRopoſui dubium, an, & cui dandum eſſet mandatum de manutenendo in poſſeſſione bonorum hæreditariorum Victoriæ Tagliamoræ, & dandum eſſe Catharinæ, & Petro, reſponſum fuit quoad domum, & mobilia, quo verò ad alia mandarunt Domini, quod appoſito ſequeſtro videatur de bono jure.

Nam domum, & mobilia poſſideri à Catharina,
& Petro conſtat ex publico Inſtrumento actualis
apprehenſionis, † quod alio non exiſten- 1
te in poſſeſſione relevat, etiam ad effectum manutentionis,
*l. prædia, ubi not. omnes ff. de acquir.
poſſeſſ.* Abb. *in cap. cum nobis n.* 5. *de præſcript.*
Rota *deciſ.* 629. *n.* 1. *p.* 4. *diverſ.* & alias
ſæpiſſimè.

Aliorum verò bonorum poſſeſſio non fuit probata,
nec ad eam acquirendam ſatis fuit ingreſſus
Catharinæ, & Petri in alterum ex corporibus
hæreditariis cum titulo † pro hærede, qui u- 2
niverſalis eſt juxt. *in l. reſtit.* 37. *ff. ad Trebell.*
ubi gloſ. *verb. Earum*, notat quod facta fideicommiſſario
per hæredem gravatum reſtitutione, in
una re cenſetur facta in omnibus, eo quòd titulus
fideicommiſſi eſt univerſalis; & regulare eſt,
quod in acquirenda poſſeſſione magis † attenditur 3
cauſa univerſalis actus, quam ipſius actus exercitiū.
Bald. *in repet. l.* 1. *n.* 24. *verſ. Tu dic. C. eman.
lib.* Felin. *in cap. auditis n.* 19, ubi infert ad plura
de præſcript. Giovagn. *conſ.* 9. *n.* 44 *lib.* 1. Rota *deciſ.*
139, *n.* 12. *part.* 2. *diverſ. & in Romana locorum
Montium* 4. *Julii* 1640. *coram bon. mem. Cocc. Dec.*

Quia textus & gloſſa *in d. l. reſtituta* intelligenda
eſt reſpectu acquiſitionis ipſius Juris univerſalis,
† ita ut apprehenſa, ſeu reſtituta una re par- 4
ticulari univerſum jus hæreditarium acquiſitum
dicatur: Cæterum quia poſſeſſio in ejus adeptione
factum deſiderat, *l. quemadmodum ff. de acquir.
poſſeſſ.* propterea in ſingulis corporibus hæreditariis
neceſſaria eſt particularis apprehenſio, quamvis
titulus ſit univerſalis, uti diſtinguendo benè
explicat dictum textum *in l. reſtituta.* Bart. *ibid.
ſub n.* 1. *verſ. quædam.* Jaſ. *in l.* 3, *n.* 30. *ff. de acquir poſſeſſ.*
Alex. *ibid. n.* 22, *ff. eod.* *Innoc. in cap. in præſent.
n.* 2, *de probat.* Gomez *ad l.* 45, *Taur. ſub
n.* 39, *infr. med.* ubi quod pro hac opinione facit
text. *in l.* 1. *§. veteris, & in l. qui abſenti §. fin. ff.
acquir. poſſeſſ.* Surd. *conſ* 135, *n.* 65, *& conſ.* 160, *n.*
12. Peregr. *de fid. art.* 48, *n.* 77, *& ſeqq.* ubi reſpondet
omnibus contrariis, Guttier. *part. quæſt. lib.*
5, *c.* 64, *n.* 3, *&* 5. Molin. *de primogen. lib.* 4, *c* 2, *n.* 22,
& 23. Gaill. *obſervat.* 129, *n.* 6, *&* 8, *lib.* 2 Menoch.
de retin. remed. 3, *n.* 2, *&* 1, qui loquitur in ſpecie

ad effectum Manutentionis ; Gratian. *diſcept.* 210, *n.* 43, & hanc opinionem continuò amplexa fuit Rota *deciſ.* 162, *n.* 11, *deciſ.* 403. *n.* 3. *part.* 4, *diverſ. deciſ.* 321, *n.* 30, *in impreſſ. poſt Modern. Peruſin. de manuten.*

Et quod dicitur magis attendi cauſam univerſalem, quam exercitium actus procedit in materiis Juriſdictionalibus Decimalibus , vel ſimili-
5 bus , in quibus univerſalitas cauſæ, juncto actu aliquo particulari , trahit poſſeſſionem totius ; quia in illis eſt dare contiguitatem quandam Juris , & acceſſionem partium inter ſe , eo quòd ſunt coæquæ , & ſubjunctivæ ejuſdem generis , ut egregiè declarat Felin. in *d. cap. auditis ſub n.* 19, *col.* 12, *de præſcript.* & latiùs Ant. de Butr. *in cap. fin. nu.* 47, *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* poſt Innoc. *in cap. dilectus ſub n.* 3. *verſ. Nam cùm de appell. Monach.* quem refert & ſequitur Bald. *in l.* 2, *nu.* 57, *verſ. Sed contra* ; ubi quod ea, quæ ſunt ejuſdem rationis & conditionis intelliguntur eſſe continua, ideoque apprehenſo uno, fit extenſio ad reliqua, *C. ſervit. & aqu.* Hoſtien. *in d. cap. dilectus ſub nu.* 1. *verſ. cum hæc Jura.* Joan. Andr. *ibid. n.* 4, *verſ. ſic enim.* Sterr. Boic. *n.* 9, & 2, *ſeqq.* Quæ ratio ceſſat in prædiis, ac rebus de ſui natura dividuis & actu ipſo ſeparatis. Giov. *conſ.* 8. *n.* 129. *lib.* 1. Bald. Surd. & alii *ſuprà* allegati , Rota *dec.* 35. *n.* 29, *part.* 5. *recentior.*

Minùs quoad alia bona ſuffragatur Catharinæ & Petro Statutum Urbis , *cap.* 147. continuativum poſſeſſionis defuncti in hæredem ; quia , cùm loquatur de hærede ſuo cum taxativa tantùm, *ibi,* in hæredes ſuos tantùm , non habet lo-
6 cum in hæredibus matris , quibus deeſt ſuitas * ſicut in matre deeſt Patria poteſtas, quæ eſt fundamentum ſuitatis , §. *ſui autem* , & §. *ſeqq. inſtit. hæred. qual. & diff.* §. *fœminæ inſtit. de adopt.* Surd. *de alim. tit.* 2, *q.* 2, *n.* 51, cum aliis allegatis modernis Braſſicheſſen. *ad ſtat. Urbis lib.* 1. *cap.* 147. *n.* 5. & *ſeqq.*

Atquè hinc debuit utique per domum, & mobilia apponi ſequeſtrum, cui etiam in profanis
7 locus eſt , * quando neutra partium poſſidet , vel ſaltem turbida eſt illarum poſſeſſio , donec interim de bono Jure cognoſcitur. Barboſ. *in l. unica n.* 7, *C. prohib. ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Abb. *in cap. dilectus n.* 14. *eodem titul.* Menoch. *de adipiſcen. rem.* 6. *ſub n.* 32. & *de retin. remed. ult. nu.* 45. Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 6, *memb.* 2, *n.* 18. Cyriac. *cont.* 10. *n.* 61. Rot. *deciſ.* 435. *part.* 4, *diverſ.*

DECISIO XI.

R. D. PIROVANO.

Ferrarien. Manutentionis.

Veneris 14. *Junii* 1641.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio poſſidenti non denegatur. Nudum factum poſſeſſionis reſpicit, n.* 13. *Ex ſola detentatione conceditur, n.* 14.

2 *Poſſeſſio naturalis remanet penes reſervantem uſumfructum , & civilis tranſit in proprietarium. Civilis trahit ad ſe naturalem, n.* 3, *Ob reſiſtentiam ſtatuti acquiri nequit. n.* 7.

4 *Clauſulæ reſervativæ jurium præſervant à præjudicio. Declara ut n.* 5. & *n.* 6.

8 *Fundamentum ſuæ intentionis unuſquiſque probare tenetur.*

9 *Statutum alleganti onus probandi qualitates illius incumbit. De continuanda poſſeſſione non ſuffragatur , quando poſſeſſio eſt penes alium , n.* 18.

10 *Forenſis dicitur non probans ſe Civem.*

11 *Civilitas poſt ejus quæſitum tertio ſuperveniens non prodeſt. Ex habitatione decennali acquiritur n.* 12.

15 *Decretum irritans non inficit detentationem facti.*

16 *Fiſcus ſolus de incapacitate forenſis excipit.*

17 *Legati facultates ſunt majores iudicis ordinarii.*

19 *Creditor poteſt inſiſtere ſuper bonis ſibi obligatis.*

CEnſuerunt Domini ſtandum eſſe in deciſis in hac cauſa 28. Januarii præteriti ; quoniam D. Joannes Nicolaus docet poſitiva Ducis Torquati poſſeſſione , & ſui ipſius ſucceſſiva , & continuata , judicialique decreto confirmata , & per Duciſſam Felicem , cum publicis documentis ratificata, cui viſum fuit eſſe inhærendum ad effectum hujus ſummariiſſimi interdicti retinen-
dæ , † cum qua ſimilia mandata petentibus non 1
ſunt deneganda §. *retinendæ , inſtit. de interd. l. ſi duo , ff. uti poſſid. cap. licet cauſam de prob. cum alleg. in deciſione cauſæ.*

Non obſtant ea , quæ replicantur ad evitandam relevantiam hujus probationis , & obſervantiam acquiſitionis poſſeſſionis.

Quoniam reſpectu probationis poſſeſſionis , tam juris præſumptione , quàm teſtibus, & locationibus concludenter probatur Ducem Torquatum actu poſſediſſe Villam Bagnoli , dum vixit, & poſt illius obitum eandem apprehendiſſe D. Joan. Nicolaum illius hæredem, quam ſemper retinuit , & de voluntate Duciſſæ Felicis , etiam ea decedente , continuavit , ut in prima deciſione fuit probatum ; quæ propterea non evitantur ex eo quod dicatur Caſtaldariam tranſiviſſe in fundum dotalem , & ejus poſſeſſionem quæſitam fuiſſe Duciſſæ, etiam conſtante matrimonio , & conſtitutum appoſitum in datione in ſolutum , per Comitem Bevilacquam , tam ad favorem Ducis , quàm Duciſſæ operari ſuum effectum , etiam viro defuncto , ac demum ex locationibus factis , etiam nomine uxoris probari ſaltem Duciſſæ poſſeſſionem , jure familiaritatis , quam morte viri ſurperveniente , potuit illa reaſſumere , & ſeu mutare , quibus omnibus in prima deciſione fuit ſatisfactum , & eo pleniùs , ex decreto legati , obligatione, & ratificatione Duciſſæ , fuerunt admiſſa , quæ reſpiciebant actus poſſeſſorios per Ducem viventem factos , dum eadem Duciſſa fuit reſtituta quoad medietatem liberè ; quo verò ad aliam medietatem reſpectu uſusfructus tantum per mortem dictæ Duciſſæ finiendi , & conſolidandi cum proprietate ad favorem DD. Nicolai, & aliorum vocatorum in teſtamento D. Ducis , adeo quòd per reſervationem uſusfructus, quæ
legitur in decreto † civilis remanſerit penes D. 2
Joann. Nicolaum proprietarium , non ſecus ac ſi in vim pacti propter ratificationem , & obligationem in forma Cameræ Apoſtolicæ , & executionem fuiſſet conſervata. Surdus *conſilio* 447, *numero* 8. Gratian. *diſceptation.* 755. *numero* 35. Rot. *deciſ.* 588, *numero* 3, *part.* 2, & 282, *numero* 3, *part.* 3, *recent.* Cum qua licuit eidem D. Joann. Nicolao in inſtanti obitus

3 Duciſſæ attrahere † naturalem pro manutentione obtinenda ſufficientem *per l. ſi arrogator* ubi Bart. *n.* 12, *ff. de adopt.* Menoch. *conſil.* 139, *n.* 16. cum allegatis *in* 1. *deciſione.*

Nec hujuſmodi actus Duciſſæ præjudiciales ſalvari poſſunt ex ampliſſimis clauſulis reſervatio-
4 nis , † quaſi noluerit ſibi præjudicare , nec etiam in poſſeſſorio. Rot. *deciſ.* 340, *nu.* 12, *part.* 5, *recent.* cum allegatis per Add. *ad dec.* 332. *coram Papa Greg. XV.*

Quia ſtante ejuſdem decreti acceptatione per
5 Duciſſam , verſamur in actu voluntario † ratificationis , & confeſſionis abdicatæ poſſeſſionis , per quem D. Joan. Nicolaus conſtitutus fuit poſſeſſor manutenibilis in hoc ſummariiſſimo retinendæ , Honded. *conſil.* 86, *nu.* 44, *lib.* 2, Mantic. *deciſ.* 332. Seraph. *deciſ.* 877, *n.* 2, & cum hac diſtinctione acquieſcentiæ , aut non acquieſcentiæ decreti judicialis tranſeunt , Adducti ad eandem deciſ. 332. Papæ Gregorii XV. cui eò magis eſt inhærendum , quando , ut in præſenti præſervatio ad omnem effectum redditur incompatibilis cum alia parte decreti , in qua duæ declarantur adverſativæ , ad primam partem ſcilicet non liberè , ſed quoad uſumfructum tantùm & ulteriùs per mortem Duciſſæ finiendum, & conſolidandum cum proprietate ad favorem D. Joan. Nicolai , quæ contingere non poſſunt, remanente civili poſſeſſione, ſub conditione ſuſpenſiva, propter effectum conventæ, & ſeu ex pacto decretæ conſolidationis , quæ in perſonam Duciſſæ operari non poterat, ut propterea præſervatio de alio præjudicio ſit intelligenda aliun-
6 dè * proveniente, quàm ex ipſo actu ratificati uſusfructus , & conſolidationis , ſequendo rationes Oldradi, *conſil.* 330, *in fine* paſſim receptas, Pariſ. *conſil.* 70, *nu.* 12, *lib.* 1. Seraphin. *deciſ.* 756. *n.* 2, & 883. *num.* 18, *coram bonæ memoriæ Buratto.*

Quo verò ad obſtantiam acquiſitionis poſſeſſionis , ſimiliter replicata non urgent. Non enim obſtat oppoſita forenſitas , quæ ex diſpoſitione ſtatuti Ferrariæ aſſerebatur impedire acquiſitionem ſtabilium , & poſſeſſionem eorum-
7 dem , † adeo quod nullam poſſeſſionem conſiderabilem potuerit D. Joan. Nicolaus acquirere. Lader. *conſil.* 133, *n.* 20, & *ſeqq.* Rim. jun. *conſ.* 352. *n.* 28, & 29, & idem aſſeritur fuiſſe firmatum *in Ferrarien. ſpolii* 25. *Junii* 1635. *coram D. meo Merlino* , & *in eadem* 16. *Januarii* 1637, *coram D. meo Panzirolo.*

Quoniam pro reſponſione adverterunt Domini fundamentum D. Joan. Nicolai pro validitate , & relevantia poſſeſſionis adeptæ , non deſumi ex diſpoſitione ſtatutorum Ferrariæ, ſed ex actu poſitivo apprehenſæ poſſeſſionis Villæ , de qua agitur , ut in prima deciſ. fuit firmatum; propterea D. Pendaſio hæredi Duciſſæ de incapacitate excipienti vigore ſtatuti Ferrarienſis
8 incumbit onus probandi hanc negativam , † tanquam ſuæ intentionis fundamentum. Innoc. *in cap. ſuper his col.* 3. *de accuſ.* id affirmans, ſive ille ſit actor , ſive reus , Corn. *conſil.* 123, *in fine* , & 250. *vol.* 1. Gabr. *de prob.* latiſſimè comprobans *concl.* 6. *n.* 1.

Præterea idem onus incumbit alleganti ſtatutum qualificatum , prout eſt, de quo agitur , †
9 probare qualitatem , diſpoſitionem limitantem , aut declarantem , dum ex eodem ſtatuti contextu naſcitur. Jaſ. *in* §. *actionum n.* 128. *inſtitut. de act.* Caſſad. *deciſ.* 10, *de reſcript.* Cephal. *conſil.* 156, *in fine.* Surd. *conſil.* 248, *n.* 19. plures enim declarationes leguntur in eodem ſtatuto , *ibi,* Niſi alienatio fuerit de licentia Judicis duodecim ſapientum , &, *ibi,* Niſi fecerit ſe alibrari , quorum negativa omnino ab allegante ſtatutum eſt probanda , nec ex parte D. Pendaſii fuit probata.

Non obſtat prædicta ſufficienter probari eo
ipſo , quòd , dum quis non probat ſe Civem , † 10
dicatur forenſis. Laderch. *conſil.* 74, *num.* 5. & clariùs ex productione privilegii civilitatis ab eodem D. Jo. Nicolao , quod contigit poſt diem delatæ hæreditatis Ducis Torquati, cui non ſuf-
fragatur † in præjudicium juris, medio tempore 11
tertio acquiſiti. Dec. *conſil.* 661, *n.* 14. Hond. *conſ.* 5, *n.* 22. *lib.* 1. Laderch. *conſ.* 74, *n.* 26. Surd. *conſ.* 487, *n.* 28.

Quia ex allegata notorietate, & privilegio non remanet probata negativa licentiæ Judicis duodecim ſapientum , & alibrationis , ac quinquennalis habitationis, & nihilominus productio pri-
vilegii non tollit , † quin D. Jo. Nicolaus po- 12
tuerit eſſe Civis alio titulo , nempe voluntate , & re ipſa. Bart. *in l. unic. C. ubi pet. tut.* & decennali habitatione , per quam de Jure abſque alibratione ſolet acquiri civilitas. Gloſ. *in l. hæres abſens* §. *proindè de judic.* & *in l.* 2. & 3. *C. de incol. lib.* 10. Bald. *in l.* 2. *C. ubi Senat. vel Clariſſ.* Menoch. *de arbit. lib.* 2. *caſ.* 86, *n.* 15, & *conſ.* 329, *n.* 34, atque ita ſemper intrat defectus probationis iſtius forenſitatis , ex parte excipientis , & quæ probatio rejicienda eſt ad petitorium , vel ad plenarium poſſeſſorium, ubi de juſtitia poſſeſ-
ſionis ſolet eſſe diſputatio, † quæ in hoc ſumma- 13
riiſſimo retinendæ non admittitur ; ſed nudum factum poſſeſſionis attenditur , *l.* 3. §. *ex contrario* , *ff. de acquir. poſſ.* Innoc. *in cap. bonæ il* 2. *de poſtul. Prælat.* Bald. *in l. ordinarii juris n.* 7. *C. de rei vendic.* Covar. *pract. quæſt. cap.* 17. Surd. *conſ.* 93, *n.* 12. Quòd ſi replicetur in eodem ſtatuto pro prohiberi forenſi , nedum acquiſitionem bonorum , verum & eorum poſſeſſionem , vel quaſi , patet reſponſio ex eodem contextu detentatio-
nem † non eſſe prohibitam ; quæ ſufficit ad hunc 14
effectum manutentionis, per ſupradicta , ut plenè comprobat Surd. *alleg. conſ.* 93, *n.* 12, *vol.* 1. & quod ſtatuentes non intellexerint de poſſeſſione nudi facti , facilè conjicitur ex combinatione alterius ſtatuti , de continuanda poſſeſſione defuncti in hæredem , *ibi,* in quibus habuiſſet detentationem ſimplicem , de qua non eſt facta mentio anteriori ſtatuto , nec ex decreto irritan-
ti, † hujuſmodi poſſeſſio facti in detentatione con- 15
ſiſtens, remanet infecta, ut *in cauſa Parmen. Prioratus coram Otano* , fuit reſolutum 16. *Januarii* , & 16. *Februarii* 1598, & *in Licien. beneficiorum, coram bonæ memoriæ Card. Cavalerio quæ eſt* 8. *inter ejus impreſſas.*

Secundò fuit reſponſũ D. Pendaſium non poſ-
ſe de ſtatuto prohibitorio excipere, † ex quo non 16
emanavit in favorem privatorum , quibus non licet excipere de incapacitate acquirentis. Gloſ. *in leg. his conſequenter* §. 1. *in verſ. non pertinere, ff. famil. herciſ.* Cephal. *conſil.* 3, *n.* 122. & 706. *num.* 26. reſpondens in caſu dicti ſtatuti Riminald. *conſil.* 193. *numero* 22, *volum.* 1. Surdus *conſil.* 48, *numero* 21, & *conſil.* 93, *numero* 13. dicens dictinctionem Alciati contrarium ſentientis , eſſe verbalem , non autem fundamentalem.

Tertiò fuit dictum in omnibus fuiſſe ſatisfactum ſtatuto : nam ratificatio, & obligatio Duciſſæ , quod obſervantiam decreti ſupradicti , emanavit cum præſentia Judicis duodecim ſa-

ad effectum Manutentionis ; Gratian. *diſcept.*
210, *n.* 43, & hanc opinionem continuò ample-
xa fuit Rota *deciſ.* 162, *n.* 11, *deciſ.* 403. *n.* 3. *part.*
4, *diverſ. deciſ.* 321, *n.* 30, *in impreſſ. poſt Mo-
dern. Peruſin. de manuten.*

Et quod dicitur magis attendi cauſam univer-
ſalem, quam exercitium actus procedit in ma-
teriis Juriſdictionalibus Decimalibus, vel ſimili-
5 bus, in quibus univerſalitas cauſæ, juncto actu
aliquo particulari, trahit poſſeſſionem totius;
quia in illis eſt dare contiguitatem quandam Ju-
ris, & acceſſionem partium inter ſe, eo quòd
ſunt coæquæ, & ſubjunctivæ ejuſdem generis,
ut egregiè declarat Felin. in *d. cap. auditis ſub
n.* 19, *col.* 12, *de præſcript.* & latiùs Ant. de Butr.
in cap. fin. nu. 47, *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* poſt
Innoc. *in cap. dilectus ſub n.* 3. *verſ. Nam cùm de
appell. Monach.* quem refert & ſequitur Bald. *in
l.* 2, *nu.* 57, *verſ. Sed contra*; ubi quod ea, quæ
ſunt ejuſdem rationis & conditionis intelliguntur
eſſe continua, ideoque apprehenſo uno, fit exten-
ſio ad reliqua, *C. ſervit. & aqu.* Hoſtien. *in d.
cap. dilectus ſub nu.* 1. *verſ. cum hæc Jura.* Joan.
Andr. *ibid. n.* 4, *verſ. ſic enim.* Sterr. Boic. *n.* 9,
& 2, *ſeqq.* Quæ ratio ceſſat in prædiis, ac rebus
de ſui natura dividuis & actu ipſo ſeparatis. Giov.
conſ. 8. *n.* 129. *lib.* 1. Bald. Surd. & alii *ſuprà* al-
legati, Rota *dec.* 35. *n.* 29, *part.* 5. *recentior.*

Minùs quoad alia bona ſuffragatur Catharinæ
& Petro Statutum Urbis, *cap.* 147. continuati-
vum poſſeſſionis defuncti in hæredem; quia,
cùm loquatur de hærede ſuo cum taxativa tan-
tùm, *ibi*, in hæredes ſuos tantùm, non habet lo-
6 cum in hæredibus matris, quibus deeſt ſuitas *
ſicut in matre deeſt Patria poteſtas, quæ eſt fun-
damentum ſuitatis, §. *ſui autem*, & §. *ſeqq. inſtit.
hæred. qual. & diff.* §. *fœminæ inſtit. de adopt.* Surd.
de alim. tit. 2, *q.* 2, *n.* 51, cum aliis allegatis mo-
dernis Braſſicheſſen. *ad ſtat. Urbis lib.* 1. *cap.* 147.
n. 5. *& ſeqq.*

Atquè hinc debuit utique per domum, & mo-
bilia apponi ſequeſtrum, cui etiam in profanis
7 locus eſt, * quando neutra partium poſſidet,
vel ſaltem turbida eſt illarum poſſeſſio, donec
interim de bono Jure cognoſcitur. Barboſ. *in l.
unica n.* 7, *C. prohib. ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Abb.
in cap. dilectus n. 14. *eodem titul.* Menoch. *de adi-
piſcen. rem.* 6. *ſub n.* 32. *& de retin. remed. ult. nu.*
45. Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 6, *memb.* 2, *n.* 18.
Cyriac. *cont.* 10. *n.* 61. Rot. *deciſ.* 435. *part.* 4, *diverſ.*

DECISIO XI.

R. D. Pirovano.

Ferrarien. Manutentionis.

Veneris 14. *Junii* 1641.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio poſſidenti non denegatur. Nudum factum poſſeſſionis reſpicit, n.* 13. *Ex ſola detentatione conceditur, n.* 14.

2 *Poſſeſſio naturalis remanet penes reſervantem uſumfructum, & civilis tranſit in proprietarium. Civilis trahit ad ſe naturalem, n.* 3, *Ob reſiſtentiam ſtatuti acquiri nequit. n.* 7.

4 *Clauſulæ reſervativæ jurium præſervant à præjudicio. Declara ut n.* 5. *& n.* 6.

8 *Fundamentum ſuæ intentionis unuſquiſque probare tenetur.*

9 *Statutum alleganti onus probandi qualitates illius incumbit. De continuanda poſſeſſione non ſuffragatur, quando poſſeſſio eſt penes alium, n.* 18.

10 *Forenſis dicitur non probans ſe Civem.*

11 *Civilitas poſt ejus quæſitum tertio ſuperveniens non prodeſt. Ex habitatione decennali acquiritur n.* 12.

15 *Decretum irritans non inficit detentationem facti.*

16 *Fiſcus ſolus de incapacitate forenſis excipit.*

17 *Legati facultates ſunt majores iudicis ordinarii.*

19 *Creditor poteſt inſiſtere ſuper bonis ſibi obligatis.*

CEnſuerunt Domini ſtandum eſſe in deciſis
in hac cauſa 28. Januarii præteriti; quo-
niam D. Joannes Nicolaus docet poſitiva Ducis
Torquati poſſeſſione, & ſui ipſius ſucceſſiva, &
continuata, judicialique decreto confirmata, &
per Duciſſam Felicem, cum publicis documen-
tis ratificata, cui viſum fuit eſſe inhærendum ad
effectum hujus ſummariiſſimi interdicti retinen-
dæ, † cum qua ſimilia mandata petentibus non 1
ſunt deneganda §. *retinendæ, inſtit. de interd.
l. ſi duo, ff. uti poſſid. cap. licet cauſam de prob.
cum alleg. in deciſione cauſæ.*

Non obſtant ea, quæ replicantur ad evitan-
dam relevantiam hujus probationis, & obſer-
vantiam acquiſitionis poſſeſſionis.

Quoniam reſpectu probationis poſſeſſionis,
tam juris præſumptione, quàm teſtibus, & loca-
tionibus concludenter probatur Ducem Torqua-
tum actu poſſediſſe Villam Bagnoli, dum vixit,
& poſt illius obitum eandem apprehendiſſe D.
Joan. Nicolaum illius hæredem, quam ſemper
retinuit, & de voluntate Duciſſæ Felicis, etiam
ea decedente, continuavit, ut in prima deci-
ſione fuit probatum; quæ propterea non evi-
tantur ex eo quod dicatur Caſtaldariam tranſi-
viſſe in fundum dotalem, & ejus poſſeſſionem
quæſitam fuiſſe Duciſſæ, etiam conſtante matri-
monio, & conſtitutum appoſitum in datione in
ſolutum, per Comitem Bevilacquam, tam ad
favorem Ducis, quàm Duciſſæ operari ſuum
effectum, etiam viro defuncto, ac demum ex
locationibus factis, etiam nomine uxoris pro-
bari ſaltem Duciſſæ poſſeſſionem, jure fami-
liaritatis, quam morte viri ſurperveniente, po-
tuit illa reaſſumere, & ſeu mutare, quibus om-
nibus in prima deciſione fuit ſatisfactum, & eo
pleniùs, ex decreto legati, obligatione, & rati-
ficatione Duciſſæ, fuerunt admiſſa, quæ reſpi-
ciebant actus poſſeſſorios per Ducem viventem
factos, dum eadem Duciſſa fuit reſtituta quo-
ad medietatem liberè; quo verò ad aliam me-
dietatem reſpectu uſusfructus tantum per mor-
tem dictæ Duciſſæ finiendi, & conſolidan-
di cum proprietate ad favorem DD. Nicolai, &
aliorum vocatorum in teſtamento D. Ducis, a-
deo quòd per reſervationem uſusfructus, quæ
legitur in decreto † civilis remanſerit penes D. 2
Joann. Nicolaum proprietarium, non ſecus ac
ſi in vim pacti propter ratificationem, & obli-
gationem in forma Cameræ Apoſtolicæ, &
executionem fuiſſet conſervata. Surdus *conſilio*
447, *numero* 8. Gratian. *diſceptation.* 755. *nu-
mero* 35. Rot. *deciſ.* 588, *numero* 3, *part.* 2, *&*
282, *numero* 3, *part.* 3, *recent.* Cum qua licuit
eidem D. Joann. Nicolao in inſtanti obitus
Duciſſæ

3 Duciſſæ attrahere † naturalem pro manutentio-
ne obtinenda ſufficientem *per l. ſi arrogator*
ubi Bart. *n.* 12, *ff. de adopt.* Menoch. *conſil.* 139,
n. 16. cum allegatis *in* 1. *deciſione.*

Nec hujuſmodi actus Duciſſæ præjudiciales ſal-
vari poſſunt ex ampliſſimis clauſulis reſervatio-
4 nis, † quaſi noluerit ſibi præjudicare, nec etiam
in poſſeſſorio. Rot. *deciſ.* 340, *nu.* 12, *part.* 5,
recent. cum allegatis per Add. *ad dec.* 332. *co-
ram Papa Greg. XV.*

Quia ſtante ejuſdem decreti acceptatione per
5 Duciſſam, verſamur in actu voluntario † ratifi-
cationis, & confeſſionis abdicatæ poſſeſſionis,
per quem D. Joan. Nicolaus conſtitutus fuit poſ-
ſeſſor manutenibilis in hoc ſummariiſſimo reti-
nendæ, Honded. *conſil.* 86, *nu.* 44, *lib.* 2, Man-
tic. *deciſ.* 332. Seraph. *deciſ.* 877, *n.* 2, & cum
hac diſtinctione acquieſcentiæ, aut non acquieſ-
centiæ decreti judicialis tranſeunt, Adducti ad
eandem deciſ. 332. Papæ Gregorii XV. cui eò
magis eſt inhærendum, quando, ut in præſenti
præſervatio ad omnem effectum redditur in-
compatibilis cum alia parte decreti, in qua duæ
declarantur adverſativæ, ad primam partem ſci-
licet non liberè, ſed quoad uſumfructum tan-
tùm & ulteriùs per mortem Duciſſæ finiendum,
& conſolidandum cum proprietate ad favorem
D. Joan. Nicolai, quæ contingere non poſſunt,
remanente civili poſſeſſione, ſub conditione ſuſ-
penſiva, propter effectum conventæ, & ſeu ex
pacto decretæ conſolidationis, quæ in perſonam
Duciſſæ operari non poterat, ut propterea præ-
ſervatio de alio præjudicio ſit intelligenda aliun-
6 dè * proveniente, quàm ex ipſo actu ratificati u-
ſusfructus, & conſolidationis, ſequendo ratio-
nes Oldradi, *conſil.* 330, *in fine* paſſim receptas,
Pariſ. *conſil.* 70, *nu.* 12, *lib.* 1. Seraphin. *deciſ.*
756. *n.* 2, *&* 883. *num.* 18, *coram bonæ memoriæ
Buratto.*

Quo verò ad obſtantiam acquiſitionis poſſeſ-
ſionis, ſimiliter replicata non urgent. Non e-
nim obſtat oppoſita forenſitas, quæ ex diſpoſi-
tione ſtatuti Ferrariæ aſſerebatur impedire ac-
quiſitionem ſtabilium, & poſſeſſionem eorum-
7 dem, † adeo quod nullam poſſeſſionem conſi-
derabilem potuerit D. Joan. Nicolaus acquirere.
Lader. *conſil.* 133, *n.* 20, *& ſeqq.* Rim. jun. *conſ.*
352. *n.* 28, *&* 29, & idem aſſeritur fuiſſe firmatum
in Ferrarien. ſpolii 25. *Junii* 1635. *coram D. meo
Merlino*, & *in eadem* 16. *Januarii* 1637, *coram
D. meo Panzirolo.*

Quoniam pro reſponſione adverterunt Do-
mini fundamentum D. Joan. Nicolai pro vali-
ditate, & relevantia poſſeſſionis adeptæ, non
deſumi ex diſpoſitione ſtatutorum Ferrariæ, ſed
ex actu poſitivo apprehenſæ poſſeſſionis Villæ,
de qua agitur, ut in prima deciſ. fuit firmatum;
propterea D. Pendaſio hæredi Duciſſæ de inca-
pacitate excipienti vigore ſtatuti Ferrarienſis
8 incumbit onus probandi hanc negativam, †
tanquam ſuæ intentionis fundamentum. Innoc.
in cap. ſuper his col. 3. *de accuſ.* id affirmans, ſi-
ve ille ſit actor, ſive reus, Corn. *conſil.* 123, *in
fine*, & 250. *vol.* 1. Gabr. *de prob.* latiſſimè com-
probans *concl.* 6. *n.* 1.

Præterea idem onus incumbit alleganti ſtatu-
tum qualificatum, prout eſt, de quo agitur, †
9 probare qualitatem, diſpoſitionem limitantem,
aut declarantem, dum ex eodem ſtatuti contex-
tu naſcitur. Jaſ. *in* §. *actionum n.* 128. *inſtitut. de
act.* Caſſad. *deciſ.* 10, *de reſcript.* Cephal. *conſil.*
156, *in fine.* Surd. *conſil.* 248, *n.* 19. plures enim
declarationes leguntur in eodem ſtatuto, *ibi.*
Niſi alienatio fuerit de licentia Judicis duodecim
ſapientum, &, *ibi*, Niſi fecerit ſe alibrari, quo-
rum negativa omnino ab allegante ſtatutum eſt
probanda, nec ex parte D. Pendaſii fuit probata.

Non obſtat prædicta ſufficienter probari eo
ipſo, quòd, dum quis non probat ſe Civem, † 10
dicatur forenſis. Laderch. *conſil.* 74, *num.* 5. &
clariùs ex productione privilegii civilitatis ab
eodem D. Jo. Nicolao, quod contigit poſt diem
delatæ hæreditatis Ducis Torquati, cui non ſuf-
fragatur † in præjudicium juris, medio tempore 11
tertio acquiſiti. Dec. *conſil.* 661, *n.* 14. Hond.
conſ. 5, *n.* 22. *lib.* 1. Laderch. *conſ.* 74, *n.* 26.
Surd. *conſ.* 487, *n.* 28.

Quia ex allegata notorietate, & privilegio non
remanet probata negativa licentiæ Judicis duo-
decim ſapientum, & alibrationis, ac quinquen-
nalis habitationis, & nihilominus productio pri-
vilegii non tollit, † quin D. Jo. Nicolaus po- 12
tuerit eſſe Civis alio titulo, nempe voluntate,
& re ipſa. Bart. *in l. unic. C. ubi pet. tut.* & de-
cennali habitatione, per quam de Jure abſque
alibratione ſolet acquiri civilitas. Gloſ. *in l. hæ-
res abſens* §. *proindè de judic. & in l.* 2. *&* 3. *C.
de incol. lib.* 10. Bald. *in l.* 2. *C. ubi Senat. vel Cla-
riſſ.* Menoch. *de arbit. lib.* 2. *caſ.* 86, *n.* 15, *& conſ.*
329, *n.* 34, atque ita ſemper intrat defectus proba-
tionis iſtius forenſitatis, ex parte excipientis, &
quæ probatio rejicienda eſt ad petitorium, vel
ad plenarium poſſeſſorium, ubi de juſtitia poſſeſ-
ſionis ſolet eſſe diſputatio, † quæ in hoc ſumma- 13
riiſſimo retinendæ non admittitur; ſed nudum
factum poſſeſſionis attenditur, *l.* 3. §. *ex contra-
rio, ff. de acquir. poſſ.* Innoc. *in cap. bonæ il* 2. *de
poſtul. Prælat.* Bald. *in l. ordinarii juris n.* 7. *C. de
rei vendic.* Covar. *pract. quæſt. cap.* 17. Surd. *conſ.*
93, *n.* 12. Quòd ſi replicetur in eodem ſtatuto pro
prohiberi forenſi, nedum acquiſitionem bono-
rum, verum & eorum poſſeſſionem, vel quaſi,
patet reſponſio ex eodem contextu detentatio-
nem † non eſſe prohibitam; quæ ſufficit ad hunc 14
effectum manutentionis, per ſupradicta, ut ple-
nè comprobat Surd. *alleg. conſ.* 93, *n.* 12, *vol.* 1.
& quod ſtatuentes non intellexerint de poſſeſſio-
ne nudi facti, facilè conjicitur ex combinatione
alterius ſtatuti, de continuanda poſſeſſione de-
functi in hæredem, *ibi*, in quibus habuiſſet de-
tentationem ſimplicem, de qua non eſt facta
mentio anteriori ſtatuto, nec ex decreto irritan-
ti, † hujuſmodi poſſeſſio facti in detentatione con- 15
ſiſtens, remanet infecta, ut *in cauſa Parmen. Prio-
ratus coram Otano*, fuit reſolutum 16. *Januarii*,
& 16. *Februarii* 1598, *& in Licien. beneficiorum,
coram bonæ memoriæ Card. Cavalerio quæ eſt* 8.
inter ejus impreſſas.

Secundò fuit reſponſũ D. Pendaſium non poſ-
ſe de ſtatuto prohibitorio excipere, † ex quo non 16
emanavit in favorem privatorum, quibus non
licet excipere de incapacitate acquirentis. Gloſ.
in leg. his conſequenter §. 1. *in verſ. non pertine-
re, ff. famil. herciſ.* Cephal. *conſil.* 3, *n.* 122. *&*
706. *num.* 26. reſpondens in caſu dicti ſtatuti
Riminald. *conſil.* 193. *numero* 22, *volum.* 1. Sur-
dus *conſil.* 48, *numero* 21, *& conſil.* 93, *nume-
ro* 13. dicens dictinctionem Alciati contrarium
ſentientis, eſſe verbalem, non autem funda-
mentalem.

Tertiò fuit dictum in omnibus fuiſſe ſatis-
factum ſtatuto: nam ratificatio, & obligatio Du-
ciſſæ, quod obſervantiam decreti ſupradicti, e-
manavit cum præſentia Judicis duodecim ſa-
pientum